

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinencia d
cum uariis

Vtantur diuites consuetudine infirmitatis sue, sed doleant se aliter non posse. Melius enim possent si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis preciosis quia sic consueuisti, quia aliter non potes, quia si consuetudinem mutas, egrotas. Conceditur tibi: utere superfluis, da pauperibus superflua; utere preciosis, da pauperibus uilia.

Augustinus de uerbis Domini, capitulo I. tractans illud: Vermis diuiciarum superbia.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

possent] posset V¹; extolleris] extolletis L²; quia *om.* V¹ V² L¹ L²; uilia *om.* L²; superbia] superflua P V¹ V² L¹ L²